



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 19. Concilium Arelatense tertium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

vir Sanctus tot annos egerat. Hæc ex Sæculum V.
porticibus per fenestras conspiciebatur; A.C. 461
fæminis autem eandem non nisi per por-
tas videre licebat, nam in Ecclesiam non
admittebantur.

§. XIX.

Concilium Arelatense tertium.

In Gallia Monasterium Lerinense post *Martyr. R.*

S. Honoratum nactum est Abbatem 27. Nov.

S. Maximum, postea Episcopum Rejensem,
dono Miraculorum illustrem, cuius me-
moriam Ecclesia 27. Nov. celebrat. Ipsi
tam in una, quam in altera Dignitate suc-
cessit Faustus. Is cum Abbatia Lerinensi
præcesset, inter ipsum & Episcopum Fori
Julii lis orta est, nam Lerinum illa ætate
Diœcesis hujus Episcopi pars erat. Ra-
vennius Episcopus Arelatensis, ut litem Epist. to. 4.
finiret, Concilium tredecim Episcoporum Conc. pag.
coegit, interfuerunt ipse Ravennius cum 1023.

Rustico Narbonensi, & illius Provinciæ
Episcopi. Abbas, & Monachi Lerinenses
quoque advenerunt. In hoc Concilio
in primis decretum, Theodorum Episco-
pum Fori Julii rogare, ut ad tollendum
scandalum, Fausti Abbatis Lerinensis Sa-
tisfactionem reciperet, præterita oblivio-
ni mandaret, in amicitiam rediret, & ad
suum Cœnobium dimitteret. Auxilia
etiam, quæ promisisset, sicut antea præ-
staret, nec plus juris in istud Monaste-

Hist. Eccles. Tom. VI. Eee rium

Sæculum V. rium, quam Leontius antecessor ejus, si-
 A.C. 462. bi tribueret, nimirum Clerici, & Ministri
 Altaris ab ipso solo, aut ab illo, cui id
 commisisset, ordinarentur, ipse solus Sa-
 crum Chrisma distribueret, & Neophy-
 tos, si qui essent, confirmaret, Clerici
 exteri absque ipsius jussu non reciperen-
 tur. His vero additum, ut tota Laico-
 rum hujus Monasterii multitudo sub Ab-
 batis, quem elegissent, potestate esset,
 nec Episcopo quidquam juris in eos sit,
 aut aliquem inter Clericos, nisi ab Abba-
 te rogatus, suscipere possit.

Hic jura Episcoporum in Monasteria
 dispiciuntur, atque deprehenditur origo
 exemptionis, in eo fundatæ, quod Com-
 munitas ex Laicis constaret, sibi Supe-
v. not. Sirm. riorem eligentibus. Istud Concilium in-

p. 1025.

 ter Arelatensia tertium numeratur, nec
 tardius, quam anno 461. celebrari potuit,
 cum ab initio anni sequentis Leontius
 Archiepiscopus Arelatensis post Raven-
 nium fuerit. Id cognoscitur ex Hilari
Hilar. Ep. 5. Papæ epistolis, qui Leontio 25. Jan. anno
tom. 4. Conc. 462. Imperatore Severo Consule, scripsit,

p. 1039.

 ut ipsi Electionem suam pro more notam
 facheret, rogaretque, ut eam omnibus
 Episcopis, sibi subjectis, significaret.

§. XX.

Concilium Turonense.

Paulo ante aliud Concilium Turone de-
 cimo